

Mihi vivere Christus est.

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli
ad Philippenses

1, 20c-24. 27a

Fratres:

^{20c} **M**agnificábitur Christus in córpore meo,
sive per vitam sive per mortem.

²¹ Mihi enim vívere Christus est et mori lucrum.

²² Quod si vívere in carne, hic mihi fructus óperis est,
et quid éligam ignóro.

²³ Coártor autem ex his duóbus:
desidérium habens dissólvi et cum Christo esse,
multo magis mélius;

²⁴ permanére autem in carne,
magis necessárium est propter vos.

[25-26]

^{27a} Tantum digne evangélio Christi conversámini.

Verbum Dómini.